



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam  
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

**Laberhittel, Samuel**

**Ingolstadii, 1660**

196. Dominica 4. post Pentecost. De peccati venialis fuga.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

*Dominica 4. post Pentecosten.* 347

nium in cibo, potu, somno, solitudine, castigatione corporis. 3. Per suffragia, seu per merita aliorum, preces eorum requirendo. 4. Per Indulgentias. 5. Per actus heroicos, ut commorari cum publicano in infimo loco, cum Augustino in Catechesi, cum B. Borgia sub pedibus Judæ: cum Maria ad pedes Christi, tanquam justitiæ & misericordiæ victima perennis: quia *gratia Dei vita eterna in Christo IESU Domino nostro, ad Rom. 6.*

MEDITATIO CXCVI.

*Dominica 4. post Pentecosten.*

*De peccati venialis fuga.*

**I**ntuebor retia umbrosa, quibus passim optimi quique intercipiuntur peccati venialis rei. Petam extensa per orbem retia illa evitare.

*Conf. I.* Peccatum veniale, licet ob sui parvitatem vitam spiritualem animæ non auferat, temporalem tamen poenam infert. Et licet nemo possit in hac vita, sine speciali privilegio, omni levi peccato carere, quemvis tamen posse, cum Dei gratia, peccata levia magis, ac magis minuere, vel ideo, quia pravitas sunt, atque adeo in numero illius sunt mali, quod *nihil dicitur, & ubique capitur.*

P 6

*Conf.*



348 *Dominica 4. post Pentecosten.*

*Conf. 2.* Quomodo, qui ad primum vitæ spiritualis gradum, divinâ gratiâ adjuvâtes, per fugam lethalium peccatorum consuetudine firmatam, ascenderit, opus sit, ut ad secundum progrediatur, ad fugam videlicet levium peccatorum: quod negotium ut intelligat, ne aut ultra humanæ naturæ possibilitatem præsumat, aut imbecillitatem prætendens, ad id, ad quod perungi à viris spiritualibus potest, non tendat, 1. non verit certum esse, posse hominem etiam post Adæ peccatum cum gratia Dei, omnia, & singula peccata venialia vitare, ita Aug. l. 2. pecc. mort. c. 6. 2. Certum esse nullum purum hominem, exceptâ Deiparâ, omnia peccata vitasse, & ab omni macula immunem fuisse, ut faterur Apostolus ad Rom. 3. Potest aliquis in aliquo genere venialia vitare: ut hic nunquam, vel leviter furari: ille non extolli vanâ gloria: at in omni genere omnia venialia vitasse ad Angelos pertinet, non ad homines. Hoc tamen in peccatorum venialium vitatione consequi solent viri perfecti, 1. ut nunquam, aut rarissimè peccata venialia scienter, & ex industria, & cum plena deliberatione committant. 2. Ea, quæ per ignorantiam, aut imbecillitatem cōtrahunt, indes postulatione amplioris gratiæ, & diligentissima vigilantia magis, ac magis minuant.



*Dominica 4. post Pentecostes. 349*

nuant. Quòd si suo desiderio de concupita puritate non satisfaciunt, patientiam habent usque ad adventum Domini.

*Conf. 3. Fugienda esse peccata venialia.*  
**1.** Quia ad mala disponunt lethaliter nociva: licet enim peccatum veniale non sit mors animæ, est tamen adversa valetudo, est lepra, scintilla magnum incendium excitans, est pestilentia, & cuneus initio parvam ruina faciens, mucro vulnerans, precipitium; avis vel solo ungue capta tenetur; & magis vitanda sunt, quòd minora censentur: quia lethalia averfamur ob peccati naturam, hæc contempnimus: parva res modicum humorem in corpore excitat, & necat: pulvis in oculos injectus totum corpus impedit, imbres claritatem non extinguunt, sed sopiunt: timenda ruina est, vel uno pede hostis in domo libero permissio. Petam à Domino **JESU** Eucharistico liberari ab omni culpa veniali, qui *solus est, quem retia non involuerint peccatorum.* Ambros. serm. 6. Psal. 118. solus, perse, ex natura Unionis.

**MEDITATIO CXCVII.**

**Fer. 2. Domin. 4. post Pentecosten:**

*De peccati venialis fuga propter  
damna, qua invehit.*

**P**onam mihi ob oculos omnes sordes.  
scro-